Quelle: http://manuscripta.at/?ID=885
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quid sit obtalima et unde dicatur

tractat bonus et utilis de remediis oculorum et primo quid sit oculus

Tractatus bonus et utilis de remediis oculorum et primo quid sit oculus · Et plinius

Oculus est membrum rotundum ac nobile radiosum septem tunicis et totidem humoribus constitutum ac depingitur. Septem planetarum quia septem sunt tunicae prima tunica retina secunda secundina tertia sclerosis quarta tela aranea quinta uvea sexta cornea septima coniunctiva. Humores sunt tres humores scilicet christallinus vitreus et albugineus. Videtur autem oculus istorum quatuor colores scilicet nigrum album viridem et glaucum. Perficitur autem in eo spiritus visibilis mediante natura oculi aere et anima et depingitur visus sic visus est primum anime procedens per oculos quasi per cancellos quo anima rationalis mediante natura coloris aer ac figuras discernit. Dicitur etiam quod visus nihil aliud est quam humor christallinus et qui ipsum orbem fiunt ipse egritudines obtalima tumor duricies tremor pruriginosus virgula pterum visibilis tranceducta mistaed aqua ymaginatio perforatio petrositas visositas aterbitas cooperio pili superflui pili versi pediculi fumus formicae gemens auriculus. Haec autem passiones quae fiunt in uvea quae in palpebris alii in angulis oculorum et alii in pelliculis istri difficiunt et prodalis de morbis tamquam de accidentibus rebus quae fiunt contra naturam.

Quid sit obtalima et unde dicatur

Capitulum plinii.

Obtalmia est apostema calidum nascens in coniunctiva oculi et est epiteo et est ab ob quod est contra et talmion quod est oculus qui contra oculum est. Pes una nascens ex causa extrinseca sicut de polo pulue et fumo secunda est ex febre continuata cum aliqua in accessione accipit cum forte. Tertia species est ex dissolutione humorum accidente ex decurrentibus ad oculos vel per obtalmia sive apostema nascitur sup albugine oculorum et pellicula cuius causa est exterior et interior. Exterior est maior vel minor. Causa quidem exterior est fumus pulvis sol et calor. Interior est ex humoribus coniunctivae affluentibus unde oculi patiuntur apostemata sicut cetera corporis membra ex humidantia a capite materia. Differentia igitur duarum causarum nam exterius apostema discedente sua causa remanet oculorum sanitas alterius contra causa exterior est duas species maiorem et minorem. Minor differt a maiore quia in illum apostemata subiciuntur in tumore et duricia. Alterum autem dura est et tumet. Interior tumet et dolet et est dura lacrimosa et est plenitudinem venarum. Significatio venarum ad coniunctivam conferendo illud est si materia sit sanguinolenta tunc gravitas oculorum est minus rubent oculi et fiunt humidi